



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

cor uno cordis desiderio, quæ est oratio corã deo, ueniam consecutũ fuisset, Hi ne plorantes quidẽ audiuntur, a deo non respicit opera deus ubi est infidele cor. Hec enim est pœnitentia impiorum, dolere angustiam quam sentiunt & damnum, nõ patris contemptum & blasphemiam, id quod est sua querere non quæ dei sunt. f. 77  
 Ea erat & pœnitentia Esau, Heb. 12. Vbi ergo sunt qui docent formare contritionem?

## CAPVT II.

**N** Dum ei, Ammonitæ, Moabitæ sunt pars Arabiæ fratres filiorum Israël &c. Atq; hic uides etiã dei providentiam & curã pro gentibus quibus prohibet malũ inferri, quibus & se dicit illas terras dedisse, ut agnoscas qd̄ dicitur Danielis. 2. Dominus mutat tẽpora & etates, transfert regna atq; cõstituit &c. Porro dominus narrat hoc q̄ gentibus dederit terras, ut cõfirmentur filij Israël benẽq; sperent sese per dominum multo magis accepturos terram promissam, cũ gentes acceperint, quibus non erat promissa &c. Itaq; ubi non est uerbum dei omnia uidentur casu, fortuna & consilio humano regi, quãuis non ita sit, soli autem qui uerbũ dei habent certi sunt quid agant, quo tendant, quid prosperum sit, quid infelix &c. In quo uides quid differant historiæ gentium ab historijs sacris in quibus ope-

ra dei & efficaciam uerbi uides &c.

**Dñs deus tuus benedixit tibi &c.**

Occupatio. Vnde uinemus si nō predabimur. Respon-  
det, Sufficit tibi q̄ habeas dominū quo præsente nō ege-  
bis, qui per 40. annos non deseruit sed omnia abunde  
subministravit, iam non deseret, non ergo eges ut spo-  
lies fratres. Ita tentationi uētris ubiq; occurrit pater-  
na providentia, Nos tamen infidelitate nostra i quibus  
uiginti aut triginta annis nihil defuit iimemus uno an-  
no quem forte non uiuemus non satis futurū. uide infra  
cap. 8. Recordaberis cuncti itineris &c.

De circumitione montis Seir, lege. Nu. 20.

De stirpe Enach, Nu. 13.

Sicut fecit Israēl.] Anticipatio est. Respicit enim  
Moyses tempus quo scribit quando iam acceperant fi-  
lij Israēl trans Iordanem Terram Amorreorū & Ba-  
san, ut infra uidebis. Dicit uero hoc, ne de reliqua ter-  
ra dubitent. Et intermiscet q̄ dominus quoq; expulit  
olim fortes gentes ex Idumea, ex terra Amon, & ex ter-  
ra Moab, ut illic habitarent filij & cognati Abrahæ, li-  
cet uerbum dei nō haberent, ut magis sibi sperent &c.

Donec consumeretur.] secundū dei sententiam.

Zamzumim] id est, nebulones.

Surgite.] Hic incipit terra & possessio Iudæorum à  
torrente Arnon qui est terminus Moabitarū diuidens  
Moabitas & Amorraeos, Nu. 21.

Ecce tradidi. ] Id saepe inculcatur, ne quid humanis tribuatur uiribus &c.

Hodie incipiam. ] Talis est potentia ubi est uerbum dei, timent portæ inferorum, timent & impij homines & mundus, tamen non resistere non possunt sic agente iudicio dei & indurante corda eorū, ut Pharaonis, Vide uerba Raab Iosu e. 2.

Misi nuncios. ] Hoc fecit iure belli. Civiliter agere uoluit, tametsi nouit dei sententiam, ut etiam species mala hic abesset.

Interfectis &c. ] Heb. Et anathematizauimus omnes ciuitates & tam uiros quā mulieres & paruulos.

## CAPVT III.

**N**E timeas &c. Iubet securum esse per uerbū suum. Aduerte q̄ cum hic omnia fiant uerbo dei, tamen ita instruit populum deus armis, consilio, animis, quasi occupaturus sit omnia suis uiribus, ut doceat nos non tentare deum. Christianus nihil agit nisi certus sit deo placere, certus autē est per uerbū dei, Vbi uero sic certus est utitur sua ratione, suis uiribus à deo concessis ne creatura dei sit otiosa ad id quod scit deo placere, Hoc non est addere uerbo dei sed sequi uerbū dei per quod oīa creata sunt, per quod tuū ingeniū, tuæ uires tibi datæ sunt. Nam in talibus non confidis, sed sic ser